

merito vereri debemus, ne hoc colore utantur ad tegendam inertiam suam; et si haec translatio non successerit ad disponendum prolapsum<sup>1)</sup> ad laxiora, quod experimento factum videmus. Ob has aliasque rationes, quas prudentia Tua Tibi facile suggeret, Eminentiae Tuae non videtur haud dubie expedire, ut generalis quibusvis monachis Trapam adeundi facultas concedatur, immo nec cuivis particulari, nisi aliunde certae exploratae sint causae, quae id faciendum suadeant. Parcat mihi Eminentia Tua, si tam libere et tam prolixè cum ea loquar. Sane rei gravitas et necessitas id excusat et postulat cum oculis meis probem, quanta ex his promiscuis translationibus damna oriantur invehanturque in Congregationem nostram, cuius profectum et conservationem Tibi plurimum cordi esse perspectum habeo. Vale et me meosque inprimis superiores primarios nostros, ne quid de Ruinarum nunc dicam, bevenolentia Tua prosequi perge. Iterum vale.

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

## Einige literar-historische Nachrichten aus dem St. Niklaskloster in Prag.

(Mitgetheilt von Ferd. Tadra.)

Das Kloster der slavischen Benedictiner zum hl. Nicolaus auf der Altstadt Prag gelangte unter dem kunstsinnigen Abte Maurus Roučka (1682–1714) zu bedeutendem Ansehen. Nicht nur dass die bisher unerfreulichen materiellen Verhältnisse des Klosters geordnet wurden, Hand in Hand damit ging auch die innere Consolidirung desselben, die Erweiterung und Restaurirung der Klostergebäude und der Kirche, sowie die Ordnung des Archivs, welches damals auch sämtliche auf die Gründung und Geschichte des Emausklosters bezüglichen Documente enthielt, von denen leider jetzt manches vermisst wird. Aus den nun in der k. k. Universitäts-Bibliothek zu Prag verwahrten Resten des ehemaligen Klosterarchivs von St. Nicolaus wollen wir hier einige literar-historische Nachrichten mittheilen, welche für die Geschichtschreibung innerhalb der Benedictinerklöster Böhmens nicht ohne Bedeutung sind.

Es sind dies:

I. Ein Schreiben des bekannten Prager Historiographen P. Johann Florian Hammerschmidt, damals Rector des erzbischöflichen Collegii, an den Prior des St. Niklasklosters

<sup>1)</sup> *prolapsum in deteriora*. Thuillier.

P. Benedict Possival, dd. Prag 2. November 1708, das uns zeigt, wie angelegentlich sich Hammerschmidt mit der Geschichte der böhmischen Benedictinerklöster beschäftigte, wie er Quellen für dieselbe zu erlangen trachtete und dass also füglich zu bedauern ist, dass mehrere von seinen hier angedeuteten Arbeiten nicht vorhanden sind.

II. Ein Schreiben des Benedictinerpriesters und Bibliothekars des Klosters Melk Bernardus Pez (wohl an den Visitor der böhmischen Benedictinerklöster, den Braunauer Abt Thomas) dd. Melk 22. September 1709. Pez hatte bekanntlich den Plan gefasst eine Bibliotheca Benedictina zu schreiben, in welcher alle dem Benedictinerorden angehörigen Schriftsteller und andere bedeutende Männer ihren Platz finden sollten. Zu diesem Zwecke wandte er sich auch an den genannten Visitor, um durch dessen Vermittlung aus den böhmischen Benedictinerklöstern die gewünschten Nachrichten, die er im Schreiben näher präcisirt, zu erhalten.

III. Ein anderes Schreiben des P. Bernardus Pez (wohl an denselben Visitor) dd. Melk 4. October 1710 bezüglich der Fortsetzung der von Mabillon herausgegebenen Annales Benedictini. Nach Mabillon wurde Theodoricus Ruinart zur Fortsetzung der Annalen bestimmt, nach dessen frühzeitigem Tode dann P. Renatus Massuet. Dieser wandte sich mit einem Circularschreiben an hervorragende Benedictinerpriester und Kloostervorsteher in den verschiedenen Ländern, um durch ihre Vermittlung aus den zahlreichen Klöstern die nöthigen Nachrichten zu erhalten. Pez sollte aus den böhmischen Klöstern die gewünschten Beiträge verschaffen und wandte sich daher an den genannten Visitor, dem er zugleich das erwähnte Circulare Massuet's dd. Paris 21. Juli 1710 überschickte, welches wir hier unter

IV. mittheilen. Dasselbe enthält eine detaillirte Angabe der Fragen, deren Beantwortung für die Annalen erwünscht wäre. Erwähnt sei noch, dass Pez in seinem Schreiben III. bedauert, dass ihm auf sein Ansuchen II mit Ausnahme von Břewnow kein einziges böhmisches Kloster geantwortet hatte; er spricht aber die Hoffnung aus, dass dies jetzt in Folge des Circulars Massuet's geschehen werde, der auf sein Verlangen die Frage bezüglich der berühmten Männer und Schriftsteller des Benedictinerordens (in Nr. IV die Frage VII) in das Circulare aufgenommen hatte.

Auch wir glauben, dass in den böhmischen Benedictinerklöstern in Folge der hier mitgetheilten Schreiben eine regere historische Forschung platzgegriffen hat, denn kurze Zeit darnach finden wir bereits Andeutungen über dergleichen historische Arbeiten. So beschäftigte sich im St. Niklaskloster der obengenannte Prior Benedict Possival mit der Sichtung der Klosterarchivalien, die er an P. Hammerschmidt zu dessen historischen Arbeiten verlieh.

Selbst schrieb Possiwal einen Aufsatz über das Emauskloster, den wir verzeichnet finden unter dem Titel »Descriptio exordii, processus et status temporanei monasterii Slovanensis (usque ad annum 1378 deducta«); nebstdem eine Geschichte der Klosterbesitzung Stirzin. Nach ihm ordnete P. Guntherus Jakob das Klosterarchiv zu St. Nicolaus, machte Auszüge aus den vorhandenen Urkunden und Schreiben und schrieb kleinere geschichtliche Aufsätze. Auch in Kladrau wurde an der Beantwortung der von Massuet gestellten Fragen gearbeitet und zu diesem Zwecke eine »Series abbatum« zusammengestellt. Nun lassen wir die erwähnten Schreiben folgen.

\* \* \*

I.

P. Johann Florian Hammerschmidt an den Prior des St. Niklasklosters P. Benedict Possiwal dd. 2. November 1708. (Original in der k. k. Universitäts-Bibliothek zu Prag. MS. 2. C. 7. Th. II. Nr. 38.)

Admodum Reverende, Venerabilis ac Eximie P. Prior!

Pro communicatis utriusque monasterii S. Ordinis Benedictini, scilicet Emautini et S. Nicolai, documentis gratias refero humanissimas, post quorum restitutionem personaliter gratias agam.

De translatione Emautina ad S. Nicolaum et vicissim in Emaus introductione Hispanorum mihi prae manibus sunt tria diplomata Ferdinandi III. Primi datum 1635, 9. Maii Viennae. secundi 1635, 21. Julii in Heilbron, tertii 1647, 18. Maii Viennae. Solum mihi deest Memoriale<sup>1)</sup> eiusdem Ferdinandi III. ad Urbanum VIII. Pontificem scriptum et eiusdem quoque Urbani VIII. talis translationis approbatio,<sup>2)</sup> quae mihi ingravate communicari peto, quibus obtentis intra dies aliquot finem historiae coenobii Emautini imponam et conscripta comunibo.

Composui etiam de aliis monasteriis Bohemiae ordinis s. Benedicti 17 phyleras. Exspecto his addenda monumenta monasterii Cladrubiensis, praepositarum Przesticensis et Tauszkoviensis et eremitorii Fraunbergensis Cladrubium spectantis et pro illorum communicatione iam bis Reverendissimo d. abbati Cladrubiensi scripsi, qui se id praestitutum appromisit, ubi Waldsasio domum rediverit.

Scribit A. R. D. Mathias Boleluczky in Rosa Bohemiae fol. 286. Podlazicense coenobium in districtu Chrudimensi quondam notissimum nullus historicorum, quantum scio, posteritati commendavit. Ex hoc monasterio literam confraternitatis in membrana scriptam et sigillis adhuc pendentibus firmatam apud R. D. Joannem Manner

<sup>1)</sup> Seitenanmerkung vom Prior Possiwal gemacht: Huius datur copia.

<sup>2)</sup> Etiam datur copia.

abbatem ad S. Nicolaum Vetero-Pragae, supremum quaesturae regni praesidem, vidi, manibus contrectavi. Haec ille. Si haec litera in archivo monasterii S. Nicolai est reperibilis, eam mihi communicari peto.

Rogo quoque, ut cooperante A. R. Paternitate Vestra monumenta monasteriorum Braunensis et Policensis, S. Procopii, S. Joannis sub Rupe, saltem recentiorum seriem abbatum cum eorum gestis acquirere possem. Brzevnoviense monasterium descripsi cum serie abbatum usque ad tempora Berckiana inibi praepositi. Post cuius ad S. Nicolaum promotionem quae ibi acta sunt, inquirendum; memini enim, tempore mei alumnatus Brzevnoviense monasterium in festo s. Margarethae fuisse exustum, et si quae alia ibi memorabilia?

Etiam duo abbates Brzevnovienses et eorum acta mihi desunt, scilicet 45. abbatis Alexii, 47. Thomae Sartorii et moderni, ea mihi procurari peto, manens pro praestitis gratis

Admodum Rev. Ven. ac Eximiae Paternitatis Vestrae  
servus obligatissimus

Joannes Florianus Hammerschmidt  
Rector m. p.

Datum raptim 2. Novembris A. 1708.

## II.

P. Bernardus Pez [wahrscheinlich an den Benedictiner-Ordens-Visitator in Böhmen]  
dd. 22. Septembris 1709 (Copia der k. k. Universitäts-Bibliothek zu Prag. MS.  
2. C. 7. Th. II. Nr. 39).

1709, 22. September.

Reverendissime, Perillustris ac Amplissime Domine domine praesul!

Quod per praesentes literas Rev. Domini oculos subire non verear, id non tam a privati prope commodi quam a Benedictinae gloriae atque adeo communis causae promovendae desiderio proficiscitur. Constitui nuper Bibliothecam Benedictinam scribere, hoc est, tredecim fere libris scriptores Benedictinos omnes, quotquot ab Ordine condito ad hanc usque aetatem nostram aliqua scribendi laude florere, complecti. Enim vero hoc opus, tametsi gloria Benedictina plenum, non paucis tamen scatere difficultatibus in processu scriptionis deprehendi, maxime quod clarissimorum quorumque nostrorum scriptorum nomina hic in Austria ignorantur. Cui malo ut medelam facerem, dedi sat frequentes quaquaversus literas, uti nec aliud in praesentiarum quero. Namque cum et Reverendissimi ac Perillustris Domini monasterium non in uno duntaxat Boemiae regno sed et in omni fere Germania impense

celebretur, non dubito, in eodem quoque asceterio quam plurimos extitisse viros praeclaros, qui editis etiam libris suum posteris nomen reliquerint. Hos ut ad me transmittat seu recta Mellitium seu Viennam (nam et hic celeberrimam domum vulgo Melkerhoff dictam possidemus) hic etiam atque etiam rogo. Poterit ad hoc ex Admodum RR. DD. Capitularibus unus aliquis deligi, qui ut accurate, quid velim, intelligat, haec in transcribendis sui celeberrimi monasterii scriptoribus professis observet, opto :

1. Nomen, cognomen, patria scriptoris sui olim concapitularis ;
2. Locus professionis et studiorum ;
3. Catalogus operum editorum aut manuscriptorum ;
4. Locus, tempus et forma editionis ;
5. Dictum vel factum memorabile scriptoris in vita ;
6. Annus obitus aut saltem probabilior de hoc conjectura.

Quae pauca si obtinero, nihil in hoc opere omittam, quod amplius celeberrimum Reverendissimi Domini monasterium illustrare possit. Deus Optimus Maximus conservet eundem in regni sui et totius nostri S. Ordinis emolumentum diu incolumem.

Dedi Mellitii vulgo Kloster Melk in Inferiori Austria  
22. Septembris 1709.

Reverendissimae, Perillustris ac Amplissimae Do-  
minationis Vestrae cliens.

P. Bernardus Pez

O. S. Benedicti praefati monasterii professus et p. t. bibliothecarius.

P. S.

Si aliud nostri sacri Ordinis monasterium in Boemiae regno exstet, rogo demississime, ut et id de meo hoc consilio certius fiat per Adm. Rev. D. capitularem, quem Reverendissimus Dominus deligere in praesenti negotio dignatus fuerit.

### III.

P. Bernardus Pez [wahrscheinlich auch an den Benedictiner-Ordens-Visitor in Böhmen] dd. 4. October 1710. (Copia in Ms. 2. C. 7. Th. II. Nr. 45).

1710, 4, October.

Reverendissime Perillustris ac Amplissime DD. praesul ac patrone  
gratiosissime!

Denuo compellor novas Rev. P. ac Ampl. DD. ac patrono meo gratiosissimo molestias facere, dum non unius mei duntaxat sed et aliorum eorumque exterorum causam apud eundem agere percipio, quamvis, si quod verum est eloqui fas est, hi non exteri sed domestici omnino et de universo nostro sacro Ordine

optime meriti viri dicendi sint. Porro ii non alii sunt, quam eruditissimi nostri Congregationis S. Mauri in Gallia Patres, qui cum Annales Benedictinos a celeberrimo illo Galliae \*Phoenice Joanne Mabilione coeptos et usque ad annum Domini 1011 quatuor bene magnis voluminibus explicatos ad optatum denique exitum perducendos suscepissent, me utpote ex literis ultro citroque datis sibi optime cognitum impense rogarunt, ut communes eorum preces et vota Reverendissimis Perill. ac Ampliss. DD. Germaniae Bohemiaeque abbatibus praesentarem commendaremque, ego quid viris his doctissimis et mihi amicissimis abnegem? Quocirca eandem illam epistolam circularem, quam ante aliquot dies ex Gallia accepi. hisc Rev. P. ac Ampl. D. domino transmittendam censi minime dubitans, quin gratiosissimo eiusdem favore per reliqua Boemiae monasteria S. Ordinis nostri propaganda sit. Est hoc opus omnium, quae a nostris hominibus edita vidi, eruditissimum dignissimumque, cui omnia S. Ordinis capita suum certatum studium et favorem impendant. Quod si quaedam in celeberrimis Bohemiae monasteriis monumenta ad exornandos hos Benedictinos Annales collecta fuerint, ea omnia ad me Viennam in domum nostram vulgo Melkerhoff dictam mittantur. Meae deinceps curae fuerit de occasione prospicere, qua omnia securissime Parisios deferantur. Scripsi quidem eadem de causa nuper Admodum Rev. D. Ruperto amico nostro eruditissimo, sed cum de itinerum discriminibus male-meis literis metuam, haud abs re me facturum arbitror, si preces meas post nonnullum tempus instaurem. Reverendissimus Perill. ac Ampl. Dominus importunitati meae benigne indulgeat existimareque dignetur, me hac negociatione unius ter optimi sanctique patriarchae nostri Benedicti gloriam quaerere. Permaneo

Reverendissimae, Perill. ac Ampl. Dominationis Vestrae  
infimus servus et cliens

P. Bernardus Petz,  
professus Melicensis et bibliothecarius.

P. S.

Ex nullo adhuc Bohemiae monasterio excepto Brzevnoviensi quidquam pro mea Bibliotheca Benedictina accepi. Cum itaque nostri Galli inter alia etiam scriptorum nomina (nam eum paragraphum mei causa suis literis inseruere) petant, spero eos me feliciores fore.

Melicii 4. Octobris 1710.

IV.

Circular-Schreiben des P. Renatus Massuet dd. Paris 21. Julii 1710. (Cop. in MS. 2. C. 7. Th. II. Nr. 43).

1710, 21. Julii.

Pax Christi.

Reverende Pater!

Coeptos ab inclytæ memoriae Rev. P. D. Joanne Mabillon Annales Ordinis nostri et ad quintum usque tomum, id est usque ad annum Christi 1157, feliciter perductos continuandos sibi cum suscepisset optimi magistri discipulus optimus D. Theodoricus Ruinart, immatura morte consumptum rem intactam infectamque dimisisse, satis, puto, notum tibi. Gravis quidem bonis omnibus ea fuit iactura, sed eo gravior superioribus nostrae congregationis, quo resarcire difficilior erat. Ne tamen imperfectum maneret opus, Ordini Benedictino simul et Ecclesiae utilissimum, aliquem tanti nominis scriptoribus, qui coeptos Annales prosequeretur, eruditione licet et caeteris animi dotibus longe inferiorem sufficere maluerunt, quam nullum. Id si tibi literis meis significem quintumque tomum, quem praelo paratum reliquit Mabillonius, statim subjiciendum atque turbidior iam tempestas paulum resederit, gratum me facturum putem. Sed cum Ordinis historia generalis ab accurata rerum uniuscuiusque monasterii notitia maxime pendeat, operae pretium est, ut monasteria omnia ad totius Ordinis gloriam conspirantia historicos de rebus suis commentarios nobiscum communicent, eo magis ad institutum nostrum necessarios, quo pauciora ac rariora occurrunt tam in editis libris, tam in scriniis Mabillonianis Monasticae historiae posterioris aevi monumenta. Quamobrem R. P. Superioris Generalis nomine te rogamus, Pater Reverende, ut unum vel plures e tuis deligas, qui dictos commentarios conficiant eaque omnia, quam accurate fieri poterit, colligant, quae tum ad monasterii tui tum ad aliorum Ordinis nostri vicinorum, seu virorum, seu sanctimonialium, historiam spectant. Id ut fieret, iam non semel priores monasteriorum nostrorum hortati sunt Superiores Generales nostrae Congregationis; rogaverat et pia memoriae D. Theodoricus Ruinart scriptis ad singula monasteria nostra encyclicis epistolis. Sed hactenus res non omnino successit ex sententia. Felicius sub manus tuas successuram sperat is, qui modo Congregationi nostrae praeest R. P. Superior Generalis maiorique studio, quam antea, negotium, quod sibi maxime cordi est, promotum iri.

Porro commentariorum, quibus indigemus, initia duci debent ab anno dumtaxat Christi milesimo. Praecipua vero, de quibus confici optamus, haec sunt:

I. Quis monasterii situs; qua in dioecesi constitutum; cui urbi, fluvio aut rivo vicinior et in cuius honorem dedicatum?

II. Monasterii fundatio, si anno milesimo posterior sit, a quo et qua occasione facta, qui priores disciplinam regularem in monasterium induxerunt et unde vocati? Qui praecipui eiusdem benefactores et quae eorum nomina, gens, familia ac beneficia? Hic exscribenda sunt praecipua quaque tum foundationis tum donationum instrumenta accurate notatis tum adscripta die, anno et indictione, tum subscriptionibus, chirographis ac sigillis servataque eadem prorsus orthographia et scribendi ratione, barbara licet soloeicisnique referta.

III. Quae fuerint aut etiamnum sint monasterii jura et privilegia et a quibus concessa et confirmata? An in controversiam aliquando venerint et quomodo finita? Ubi etiam eadem ratione describendae sunt Summorum Pontificum bullae, regum ac principum diplomata, episcoporum literae aliaque eiusmodi instrumenta, quae historiae fidem conciliare possint.

IV. An aliquod excidium passum aliquando fuerit monasterium, a quibus, quo anno et qua occasione? Quis restauraverit et quo anno?

V. An aliis monasteriis olim praefuerit et quo jure? Qui prioratus ab eo pendeant et in qua regione ac dioecesi siti? A quibus fundati? Ubi etiam exscribenda, si haberi possint, foundationum instrumenta. Qui ex iis conventuales olim exstiterint et quamdiu? An aliqui ab ordine distracti et quando?

VI. Diligenter notanda sunt praecipua quaeque, quae monasterio seu bene seu male evererint, varii, quos experta est disciplina regularis, casus, instituta, usus et consuetudines, quae ibi viguere. Si quae vero abbatia a regulari ad saecularem statum defecerit, habenda, si fieri possit, bulla, quam vocant saecularisationis.

VII. Viri illustres, qui seu pietatis seu eruditionis laude floruerint, vel alia quacunque ratione nomen sibi fecerint, quo loco ac genere nati et quo anno mortui? Quid ab eis gestum scriptumve fuerit? An edita eorum opera, an adhuc manuscripta et in qua bibliotheca asservata? Et si qui in album sanctorum relati fuerint, an sincera vitae acta nondum edita, vel ab editis diversa habeantur, et a quibus et quando scripta? Nec omittendi qui ex eo monasterio ad pontificales infulas vel ad alia regenda, fundanda aut reformanda monasteria variis temporibus, diligenter notandis, vocati sunt.

VIII. Accurata et continua abbatum, priorum aut abbatissarum series, cum praecipuis uniuscuiusque seu bene seu male gestis ac die et anno obitus.

IX. Sepulturae insigniores, cenotaphia, epitaphia, inscriptiones ac vetera quaeque monumenta, quae etiam si quis delineandi peritus deformare posset, gratissimum certe faceret; ex enim iis historia non parum illustrari potest.

X. Praecipuae sanctorum reliquiae, quae ibi olim asservatae fuerunt, vel nunc etiam asservantur, a quo et qua occasione illuc delatae.

Haec fere sunt, Reverende Pater, quae in commentariis referri debent. Caetera scriptorum diligentiae atque prudentiae dimittimus, ut nimirum ea omnia colligere et annotare non pigeat, quae ad rem nostram facere posse videbuntur. Non exigimus vero, ut facta simul contexant historiamque continua ac cohaerenti oratione scribant. Commentarios, historiae generalis argumentum postea futuros, scribere sufficiat. Id unum dumtaxat efflagitamus, ut suos quibusque factis et eventis, quam accurate poterint, assignent annos et indictiones, ut in veteribus instrumentis certisque monumentis occurrent, nec quidquam unquam referant, nisi citatis ad marginem auctoritatibus, quae narrationis fidem adstruant. Si quae etiam apud vos vel amicos exstarent Mabillonii epistolae, magnam a nobis gratiam inires, si earum apographa ad nos transmittere dignareris, ut luce aliquando donari possint, quae digniores videbuntur. In ea porro omnia curas tuas conferas negotiumque acriter urgeas, maximopere oro atque obtestor. Id a benignitate tua consecuturum se sperat

Reverende Pater

humillimus obsequientissimusque servus

Frater Renuus Massvet M. B.

Parisiis in monasterio S. Germani a pratis die 21. Juli 1710.

## Die Ermordung der goldenkroner Mönche durch die Hussiten.

(Geschichte und Sage).

Eine geschichtlich-psychologische Studie, mitgetheilt von P. Valentin Schmidt,  
O. Cist. in Hohenfurt.

Bei der Herausgabe des goldenkroner Todtenbuches in unsern »Studien und Mittheilungen« hatte ich Gelegenheit, hinzuweisen, dass die in Geschichtswerken öfter wiederkehrende Behauptung, die Hussiten hätten alle Mönche Goldenkrons mit Ausnahme des Abtes und zweier Brüder getödtet (eine Behauptung, die auch in das jüngere Todtenbuch des genannten Stiftes übergieng), nichts anderes als eine Sage sei. Denn das ältere Todtenbuch nennt zum 11. Mai nur: »Joannes Kink et Joannes olim custos, qui combusti sunt per Hussitas in monasterio, sacerdotes et monachi.« Daraus erhellt offenbar,